

36. Praebendariorum	Pag. 715
37. Prioris habitus usum Pontif.	715
38. In Processione	716
39. Coram SSmo.	716
40. Situs	716
41. Stercoraria	716
42. In Synodo dioeces. int. Colleg.	717
43. Vacatio	720
44. Vacarii Generalis	720
Semiduplex.	
1. Commemoratio	723
2. Commemoratio omittenda	723
3. Translatio	723
Seminarium.	
1. De erectionis oblig. et regimine	724
2. Non comitatur Episcop. ad Eccl. accedent.	724
3. Habitaculum	724
4. Incensatio	724
5. Officium	724
6. Praecedentia	724
7. Visitatio	726
Separatio festorum (Septem. Dolor. B. V. M.)	
1. Fer. VI. post. dom. Pass. a. Commemoratio	726

b. Missa, gloria etc.	Pag. 727
c. Oratio	727
d. Ritus	727
e. Sequentia	729
f. Translatio	729
2. In mens. Septembr.	
a. Festi celebratio et transl.	731
b. Graduale	735
c. Officium	736
d. Vigiliae	737
Septem Fratres Sepulchrum.	
1. Beatorum (Insignia)	738
2. Defunctorum	
a. In Ecclesia	738
b. Inscriptio et insignia	739
c. Visitatio	739
3. SS. Reliquiarum	739
4. Sanctorum	
a. Aperitio	739
b. Insignia	740
S. Sepulchr. in Parasc.	
a. Erectio	740
b. Fxpos. SS. Sacram. in co	740
c. Ornatus	740

nomine supplicatum Nobis fuit, ut pietati, qua et est inessens erga subditos Raymundum Abbatem lundano rem ordinis militaris de Calatava apollati operantes, multo latus quam adhae factum est, proceramus Olicum propter eum Mass in do- notam eius Sanchi, quod dudum iam a S. R. C. die 21. Jan. 1802 ad- probatum et concessum monachi Con- gregationis Cisterciensis inest, ac sub- iude ab eodem S. R. C. die 14. Feb. 1727 ad Romanum Illium, rebusque aliis annuote sol. tot. Bened. PP. XIII. praedecessore Nostro ad vicium civi- tatis et diocesis Tirsoneensis exten- sum innotis, qui sequitur.

S. RAPHAEL ARCHANGEL.

1) Antiphona.
Vd.: *Vesperae de ss. Angelis; Benedictio octava.*

Ad dubium PP. Benedict. Einsidl.: quando festum s. Raphaelis celebratur dominica tertia post Pascha, qualis sit dicenda antiphona in 1. et 2. noct.?

S. C. resp.: Antiphona 1. n. erit: *Multa Magnalia*; et in 2. n.: *Archangele Raphael*; in 3. n.: *Angelus Archangelus*. n. 4044 ad titul. XXI. dub. 4. die 5. Maii 1736.

2) Benedictio octava.
Vd.: *Bened. octava.*

3) Lectiones.

Ad relationem Benedictin. Einsidl.: dominica 3. p. Pascha in festo s. Raph. Arch. in 3. n. aliqua breviaria habent homiliam ex s. Augustino: „*Mirum non esse debet*“ etc., alia ex s. Joanne Chrysost. „*Cum vellet Deus*“ etc. Quae homilia sit dicenda?

S. C. resp.: *Cum vellet Deus etc.* n. 4044 (dub. circa lection.) dub. 3. die 5. Maii 1736.

R.

RASURA.

Benedict. XIII.

Nos Vicariis gen., Provincialibus et Conventualibus ac universis FFr. dis- calceatis Ord. et Congreg. s. Augu- stini Italiae, Germaniae, Hispaniae, In- diarum et Lusitaniae, ut uniformitatem in cantu Gregoriano, Rasura et Capu- tio rotundo servare teneantur, harum serie praecipimus et mandamus.

Datum Romae die 22. Jan. 1726. (Bull. r. t. VIII. p. 491.)
Vd.: *Visit. Cleric. n. 2.*

Clemens PP. IV. Ministro et FFr. Ord. ss. Trinitatis et Captivorum.

In rasura ordinem s. Victoris se- quantur clerici; laici vero barbas non radant, sed eas ad modum Templario- rum vel conversorum Cisterciensium crescere permittant.

Die 7. Dec. 1267. (Bull. r. t. III. p. 792. Ed. Aug. Taur.)

S. RAYMUNDUS ABB.

Pius PP. VII.

Nuper carissimi in Christo filii Nostri Caroli *Hispaniarum* regis catholici

nomine supplicatum Nobis fuit, ut pietati, qua is est incensus erga sanctum Raymundum Abbatem fundatorem ordinis militaris de Calatrava appellati, obsequentes, multo latius, quam adhuc factum sit, proferamus Officium proprium cum Missa in honorem ejus Sancti, quod quidem jam a S. R. C. die 21. Jan. 1602 approbatum et concessum monachis Congregationis Cisterciensis fuerit, ac subinde ab eadem S. R. C. die 14. Feb. 1727 ad Romanum Ritum redactum atque annuente fel. rec. Bened. PP. XIII. praedecessore Nostro ad clerum civitatis et dioecesis Tirasonensis extensum, tenoris, qui sequitur:

Officium

S. Raymundi Abbatis

Regalis monasterii s. Mariae de Fitero et fundatoris ordinis de Calatrava.

Duplex.

Omnia de communi confessoris non Pontificis praeter ea, quae hic apponuntur:

In Hymno: *Iste Confessor*, dicatur: *Hac die laetus meruit supremos laudis honores.*

Oratio.

Deus, qui beato Raymundo Abbati praeliari praelia tua et fidei inimicos superare dedisti, concede, ut ejus nos intercessione muniti ab hostibus mentis et corporis liberemur. Per Dominum etc.

Lectio I. Nocturni in quadragesima erunt:

Justus, si morte etc. de eodem communi; si vero transferatur post Pascha, erunt de scriptura occurrente.

In II. Nocturno.

Lectio IV.

Raymundus, Canonicus Ecclesiae Tirasonensis in regno Arragoniae,

quo divina, procul a mundi strepitu, liberius contemplaretur, superno spiritu afflante, in solitudinem se recepit. Deinde cum Cisterciensium monachorum fama undequaque diffunderetur, illud amplexus est institutum ac longe lateque evulgata ejus vitae sanctimonia Abbas monasterii beatae Mariae de Fitero constitutus est. Postquam verbo et exemplo ad omne opus pietatis suos induxisset, copiosum exercitum fidelium collegit, Castrum de Furrungen et Calatravam a Mauris tuendam, de manu Sancti Castellae regis suscepit, ac peritia rei militaris mirabiliter pollens saracenos fugavit multasque urbes expugnavit. Novo et usque ad ea tempora inaudito exemplo Raymundus monachatum militiam conjunxit. Ordinem militarem de Calatrava nuncupatum et in tota Europa celeberrimum ac a pluribus summis pontificibus approbatum instituit sub regula, legibus et visitatione Cisterciensium, ex quo alii ordines militares, de Alcantara, de Christo, de Avibus, de Montesia, de Monte Franco, de Monte Gaudio et de Fruxillo eidem religioni Cisterciensi subjecti prodierunt.

R. Honestum fecit illum Dominus et custodivit eum ab inimicis et a seductoribus tulavit illum: et dedit illi claritatem aeternam.

V. Justum deduxit Dominus per vias rectas et ostendit illi regnum Dei Et dedit etc.

Lectio V.

Haec fuere prima semina inclytae militiae, sub qua tot principes, tot duces, tot etiam aliae religiosae militiae profiterentur. Hujus novi ordinis milites quamdiu a praelio abstinebant, adamussim adservabant victum, vestitum, psalmodiam, contemplationem opus manuum, silentium vigilasque ac denique mutuum quotidianorum defe-

ctuum proclamationem, ut nihil minus a monachis efficerent. Hinc praeceptum est communi assensu et deliberatione Capituli generalis Cisterciensis, ut illius ordinis milites essent filii monasterii Morimundi, utque Abbas et domus eadem in eos jus illud filiationis haberet, quale in Morimundo noscitur habere Cistercium. Eidem militiae beatus Raymundus ultra ipsam Calatravae arcem et oppidum plura alia loca et castra acquisivit.

R. Amavit eum Dominus et ornavit eum, stolam gloriae induit eum: et ad portas paradisi coronavit eum.

V. Induit eum Dominus lorica fidei et ornavit eum. Et ad portas paradisi etc.

Lectio VI.

Tandem vir sanctus utriusque militiae coelestis et terrenae supremus ductor post multas victorias partas de Saracenis, plures de daemone, post caputiatas galeas orbi inductas cunctis fidei inimicis formidabiles, post homines aptatos utriusque armis, qui, et ad sonitum buccinae leones et ad tympani ictum agni, illos in praelio, hos in claustris imitarentur, plenus dierum et virtutum anno salutis 1603 et 6 regiminis ordinis a se inchoati animam emisit, multis post mortem miraculis illustris. Sacrae ejus corporis exuviae Toletum translatae in monasterio montis Sion, auctoritate Pauli PP. secundi, literis datis die 14. mensis Martii anno 1468, super altaris aram ad epistolae cornu decenter collocatae fuerunt, additis a summo Pontifice indulgentiis iis qui eum locum devote visitaverint.

R. Iste homo perfecit omnia, quae locutus est ei Deus et dixit ad eum: Ingredere in requiem meam; quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus.

V. Iste est, qui contempsit vitam mundi et pervenit ad coelestia regna. Quia te etc. Gloria patri etc. Quia te etc.

In III. Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam cap. 3.

Lectio VII.

In illo tempore dicebat Joannes ad turbas, quae exhibant, ut baptizarentur ab ipso: genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere a ventura ira? Et reliqua.

Homilia sancti Bernardi Abbatis in exhortatione ad milites templi.

Si percutere in gladio omnino fas non est christiano, cur ergo praeco Salvatoris contentos fore suis stipendiis militibus indixit et non potius omnem eis militiam interdixit? Sed securae dissipentur gentes, quae bella volunt, et abscindantur, qui nos conturbant. Exeratur gladius uterque fidelium in cervices inimicorum ad destruendam omnem altitudinem extolentem se adversus scientiam Dei, quae est christianorum fides; re quando dicant gentes: ubi est Deus eorum? Porro imminente bello, intus fide, foris fero, non auro se muniant, quatenus armati et non ornati hostibus metum incutiant, non provocent avaritiam. Deinde non turbulenti aut impetuosus et quasi ex levitate praecipites, sed consulte atque cum omni cautela et providentia se ipsos ordinantes et disponentes in aciem, juxta quod patribus scriptum est: veri profecto Israelitae, procedunt ad bella pacifici.

R. Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est et de omni corde suo laudavit Dominum: ipse intercedat pro peccatis omnium populorum.

V. Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinens se ab omni malo

et permanens in innocentia sua. Ipse intercedat pro peccatis etc.

Lectio VIII.

At vero, ubi ventum fuerit ad certamen, tum demum pristina lenitate postposita, tanquam si dicerent: nonne qui oderunt te, Domine, oderam et super inimicos tuos tabescebam? Irruunt in adversarios, hostes velut oves reputant, nequaquam, etsi paucissimi, vel sacram barbariem vel numerosam multitudinem formidantes. Noverunt siquidem non de suis praesumere viribus, sed de virtute Domini Sabaoth sperare victoriam, cui nimirum facile esse confidunt, juxta sententiam Machabei concludi multa in manu paucorum et non esse differentiam in conspectu Dei coeli, liberare in multis et in paucis, quia non in multitudine exercitus est victoria belli, sed de coelo fortitudo est. Ita denique miro quodam ac singulari modo cernuntur et agnis mitiores et leonibus ferociore, ut paene dubitem, quid potius censeam appellandos, monachos videlicet an milites, nisi quod utrumque forsan congruentius nominarim, quibus neutrum deesse cognoscitur nec monachi mansuetudo nec militis fortitudo. De qua re quid dicendum, nisi quod a Domino factum est istud et est mirabile in oculis nostris? Tales sibi elegit Deus et collegit a finibus terrae ministros ex fortissimis Israel, qui vere lectulum Salomonis vigilanter fideliterque custodiant omnes tenentes gladios et ad bella doctissimi.

R. Sint lumbi vestri praecincti et lucernae ardentes in manibus vestris; est vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando revertatur a nuptiis.

V. Vigilate ergo, quia nescitis, qua hora Dominus vester venturus sit. Et

vos similes, etc. Gloria Patri etc. Et vos similes etc.

IX. Lectio

dicatur de homilia occurrenti et in laudibus commem. seriae.

Quod si contigerit hoc festum celebrari extra quadragesimam in die, in quo non occurrat festum simplex propriam lectionem habens, tunc dicatur octava lectio ab illis verbis:

Ita denique: quae cum sequentibus usque ad finem legentur pro nona lectione.

Missae dicitur: Os justi de communi Abbatum praeter sequentia:

Oratio.

Deus qui beato Raymundo Abbati praeliari praelia tua et fidei inimicos superare dedisti, concede, ut ejus nos intercessione muniti ab hostibus mentis et corporis liberemur. Per Dominum nostrum etc.

† *Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. Cap. 3.*

In illo tempore dicebat Joannes ad turbas, quae exhibant, ut baptizarentur ab ipso: genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere a ventura ira? Facite ergo fructus dignos poenitentiae et ne coeperitis dicere: Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahamae; jam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum excidetur et in ignem mittetur. Et interrogabant eum milites dicentes: Quid faciemus nos? et ait illis: neminem concutiat, neque calumniam faciatis et contenti estote stipendiis vestris.

Caetera ut in dicto communi Abbatum.

Nos igitur Caroli regis adducti piis precibus, audito venerabili fratre Dominico Archiepiscopo Myrensi C. S. R. Secretario, ut quotannis in die 15. mensis Martii ab universo Clero saeculari et regulari utriusque sexus cunctorum dominiorum eidem catholico regi subditorum supra descriptum Officium cum Missa recitari possit deinceps ritu duplici minore, auctoritate apostolica vigore praesentium benigne concedimus et indulgemus.

Datum Romae die 5. Dec. 1800.

(Bull. r. t. Contin. t. XI. p. 82.)

S. RAYMUNDUS NONNAT.

Ad dubium: Utrum Lectiones I. Noct. in festis s. Raymundi Nonnati et s. Stanislai Kostka sint de scriptura vel de communi?

Et S. eadem C. . . rescribendum censuit:

„De scriptura occurrenti legendas esse.“

Atque ita rescribere censuit et declarare. n. 5180 ad 10.

Die 25. Sept. 1852.

Ad dubium: An in Officio s. Raymundi Nonnati Conf. sub ritu duplici. persolvendo die 31. Aug. Lectiones I. Noct. esse omnino debeant de scriptura, quamvis vetera exemplaria habeant illas de communi, quarum initium: *Beatus vir?*

S. ipsa C. . . respondendum censuit:

„Legendas de scriptura.“

Atque ita rescripsit, declaravit servari mandavit die 29. Martii 1851. n. 5157 ad 1.

Vd.: *Lectiones de Sanctis* (decr. n. 4746.).

S. RAYMUNDUS DE PENNAFORT.

Lugdunen.

Sacerdos Petrus Favier alumnus societatis Mariae in civitate Lugdunen. S. R. C. sequens dubium proponit ejusque solutionem demisse efflagitat pro tranquillitate conscientiarum inter suae societatis alumnos, qui omnes Rom. Ritum sequuntur:

Quum Offic. s. Raymundi de Pennafort Conf. in proprio Calendario fixe assignatum sit diei 28. Jan., quid agendum, dum, ob occurrentiam Septuag., festum SSmi Nom. Jesu reponendum sit ea ipsa die?

S. R. C. . . rescribendum censuit:

„Transferendum esse ulterius Officium s. Raymundi.“

Atque ita scribere rata est et declarare. n. 5116 ad 1.

Die 11. Sept. 1847.

REBAPTIZANDI.

Vd.: *Baptism.* (Rebaptiz.)

RECITATIO OFFICII.

Vd.: *Officium* (recitatio); *Psallendi modus.*

RECONCILIATIO.

1) Altaris.

Vd.: *Altare* (reconcil.); *Reconciliatio Ecclesiae* (praecipue, decr. n. 4577 nota).

2) Coemeterii.

Vd.: *Benedictio rerum variarum*; *Reconciliatio Ecclesiae p. 10*; *Profanatio.*

3) Ecclesiae.

a) A quo facienda?

Vd.: *Dedicatio Eccles.* et *Benedictio Oratorii et Eccles.*; *Ecclesia polluta*; *Benedictio* (deleg., decr. n. 3407); *Pollutio*; *Profanatio.*

Ecclesiae consecratae et *Coemeterii reconciliationem proprio Episcopo im-*